

V. Sanctissimi Pli V. constitutioni consonat declaratio fœra Rit. Congregationis quæ refert Barbosa Tom. I. Collecti. Doct. in Lib. II. decretal. de Fer. rit. 9. cap. Omnes dies n. s. his verbis. *Præceptum de dominicis, & festis diebus* &c. pluribulque omnibus, hæc in eadem habentur. *Ceterum his diebus* (prosequitur dicta sacre Rit. Congregationis declaratio) *licet agantibus, ac aliis inmentorum vectoribus, seu mercium conductoribus, bairulis, & aliis huiusmodi servientibus, ac ministris facinas, & onera nudinarum caussa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Missa tamen prius audita, transiundo prosequi, & continuare. Non autem debere facinas componere, & iumenta onerare ad iter de novo incipiendum. Neque mercantibus, aut aliis civibus, & viatoribus his diebus, eorum clausis apothecis, merces vendere, aut alportare licere; nisi tantum ad victum necessaria, aut alia ministeria, & medici momenti opera tam constata, & elaborata pro transiuntium hospitium, advenarum, & exteriorum urgenti, & presentiana necessitate, & opportunitate: in quo partes erunt Episcopi, propostis edictis providerentur in primis hi festis dies debita observantia colantur, simulque populorum consuetum necessitatibus, quantum sine divina offensione fieri potest, consulatur. Quoad iudicia autem, quæ dominicis, & festis silere debent, id observari poterit quod iure communi permittitur in quibusdam urgentibus casibus, qui moram, & dilationem non patiuntur. In quibus, & aliis iurisdictionem Consulari modis præpositorum concenentibus constitutiones, & summorum Pontificum si que habent privilegia, & allegatum Breve felic. recordat. s. Pii V. servanda esse statuit. Nihil frequentius offendens penes multos Caluistas quam hæc omnia contraria consuetudine esse antiquata. Sed an consuetudo, quæ adeo familiariter obtruditur, legitima sit, non satis ostendunt. Humanas leges frequenter opposita consuetudine auferri, & ipse fateor. Quin & ego in his que iuris humani sunt, facillime benigniori parti adhareo, dum solida occurrunt momenta, dum vera, & non fœta necessitas indulgentiam fundet. Si omnes que iactantur consuetudines rationabiles, & valide forent, æchum iam esset de futurorum observantia. Respectum ergo habent Patrochi, & Confessores ad populi indigentias, & necessitates; sed oculis clausis præceptum Ecclesie non prætereant; immo pendente iure & naturali, & divino Deum itato tempore a nobis colendum esse; solamque temporis determinationem esse iuris humani. Quæ duo si ob oculos habebis, & populi indigentis, ve-*

rique necessitatibus occures, & simul legis decorem sartum testum custodies.

VI. Placitum, quod secundo prohibetur, significat iudicium sive criminale, sive civile, quod omnes actiones comprehendit, quæ ad causam tractandam proxime pertinent. Sunt vero citatio partis, formatio processus, causæ cognitio, & prolatio sententia. Hæc omnia sub nomine placii festis diebus prohibentur, excepta aut necessitatis, aut pietatis causa. Itaque citatio in die festo facta illicita est, & invalida: quoniam pertinet, ceu pars, ad irruptionem forensem. Inhibitus est enim actus iurisdictionis tam in decreti formatione, quam in ipsius incitatione. Idem dicendum, quando facta sit in professo pro die festo. Quare vi talis citationis, utpote invalidæ, nec in die festo, nec alio die tenetur reus comparere. Cum citatio spatium plurimum, puta octo dierum, claudat, quamvis aliquod festum recurrat, tenetur reus comparere intra definitum terminum: quia non cogitur a iudice ut die festo, sed ut tempore opportuno compareat. Hæc communia sunt apud omnes. Secundus iudicii forensis actus est formatio processus, in quo examinandi sunt testes. Examen autem tantum iuramentum includit nomine iuramentum in iure laudato expressum. Examen ergo istud fieri nequit die festo, etiam si iuramentum professo die antecedenti eisdem fuisset. Est autem merum signum id quod asserunt aliqui, in hoc eventu iudicium retrahitur: quandoquidem examen ipsa die festo peragitur, & iuramentum factum professo die, festo die renovatur. Iuramentum vero factum pro causis spiritualibus, puta matrimonialibus, & similibus, validum esse admittant Caietanus 2. 2. quest. cxxxi. art. 4. Sorus de iust. & iur. Lib. VIII. quest. 1. art. 10. concl. 4. & alii plures: quam sententiam probabiliorum reputo, cum mihi videatur eam D. Thomas docere 2. 2. quest. lxxxix. artic. 10. *Pro aliqua necessitate, vel magna utilitate licitum est eis iurare, & precipue pro spiritualibus negotiis, pro quibus etiam iuramenta conspici possunt in solemnibus diebus, quibus est spiritualibus rebus utendum.* Non autem sunt iuramenta præstanda pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate. Quod etiam clare colligitur ex cap. Omnes, ubi iuramenta prohibentur cum limitatione his verbis. *Nec sacramenta nisi pro pace, vel alia necessitate præstantur.* Sub nomine necessitatis causas spirituales comprehendunt, satis verosimile videtur. Iuramentum quoque extrajudiciale die festo lic-

itum esse, cum Caietano, aliisque pluribus iudicamus. Quia in iure prohibentur dumtaxat iuramenta iudicialia, & solemnia, ut ex textu patet. Iuramenta enim privata nullo modo perturbant dicti festi solemnitatem, nec a cultu divino avocant; quin, cum actus religionis sint, ea debitis circumstantiis servatis emissâ, divinum promovent cultum.

VII. Ultimâ adus ad placitum attinens est iudicis sententia, que sive civilis sit, situlve criminalis, die festo lata, invalida est secundum omnes; quemadmodum & eiusdem sententiæ executio die festo nulla est. Secus dicendum de sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti. Quandoquidem eiusmodi sententiæ sunt medicinales, quæ animæ bonum inspicunt, nec causæ cognitionem requirunt. Contra vero communiter Doctores asserunt de sententia iudicis arbitri, qui, servatis iuris formulis, sententiam dicit. Talem namque sententiam, ut invalidam, rescitunt ex leg. 7. Omnes dies, cod. de serv. ubi hæc habentur. *Ut nec apud ipsos arbitros, vel a iudicibus flagitantes, vel sponte eisdem, alia est cognitio iurgiorum.* Si vero sit iudex arbitri, qui rem transigit, missio iudiciali trepitu, tamquam amicalis fœderator, & pacis mediator; tunc sententia quam profert, valida reputatur: quia hæc inter opera caritatis, & pacis fœdera recenentur. Appelatioem factam die festo validam reputant plures Theologi, eo quod licitum sit quolibet die se defendere; potissimum quia appellatio illihæc sine itrepitu forensum communiter fit. Verum, quod ad eiusmodi omnia spectat, legitime locorum, & tribunalium consuetudini standum est. Hæc enim consuetudine excusant notarii, procuratores, & advocati qui festis diebus verbo, vel scripto iudicem instrunt de causis tractandæ veritate. Verum hi omnes meminerit debent searetem periculis plenam exercere, & ideo singularis Dei gratis indigere. Quæ auxilia si diebus fatem festis iugibus precibus non implorent, non videntur altissimum proprie salutis negotium magnificare. In id ergo incumbant, ut non modo Missam dimidiet, ne dicam quadrantis, hore audiant; sed etiam ut maiorem diel festi partem divinis laudibus, cultui divino, piisque operibus impendant.

VIII. Quæ sub nomine placii prohibentur, necessitatis, & pietatis causa, ut dictum est, licite exerceri possunt, nemine contradicente: quia lex sic statuit. Quod contra necessitatis, & pietatis gratia intelligendum sit, non adeo exploratum est. Bre-

viter dico, posse iudicium, seu placitum exerceri: primo, si res tempore peritura sit: secundo, si periculum sit fugæ debitoris, aut dilapidationis, aut notabilis damnificationis: tertio, si spiritualibus rebus dampnum imminere: quarto, si telis alio tempore haberi nequirat, vel nulli pro festis diebus sine magno incommodo adesse tribunal non possent: quia de causa in parvis oppidis mos obtinet eiusmodi iudicia festis diebus exercendi. Sub titulo pietatis sacri canones excipiunt causitas que vel cultum Dei, vel misericordiam in proximum spectant. Quare licitum est ius dicere pro causis pauperum, pro detentis in carceribus, pro constituendis, & dandis caratoribus, ac tutoribus, pro causis parentum, & patriæ. Refert hæc omnia Glossa cap. Consequens, verbo Pietas his verbisibus.

Hæc faciunt causas festis tractare debent: Pax, scelus admissum, manusmissio, res peritura, Terminus expirans, mora testis abesse volentis, Cumque potestatis patriæ ius filius exit.

CAPUT VIII.

De causis excusantibus ab observatione præcepti prohibentis festis diebus opera servilia.

Plures sunt causas excusantes a transgressione festorum eorum que opera servilia exercent, nempe materia parvitas, necessitas, pietas, dispensatio, religio: de quibus singulariter differemus, excepta religione, de qua dictum est supra.

II. Quest. I. *Quæ temporis parvitas in servili labore excuset a grati transgressione præcepti vacantis opera servilia die festo? Resp.* Ea est hac de re apud Theologos, & Casuistas varietas opinionum, ut vix omnes consentire valeamus. Ut ab his que penes omnes certa sunt, ducamus initium, verum primum est, dari in hoc, sicut & in ceteris humane potestatis præceptis, parvitate materia, quæ a mortali exulat, non tamen a veniali: quia, si quis leviter præceptum infringit, leviter tempore peccat, causa iusta sublata. Quod ergo in controversiam vocatur, est, quemam temporis pars censeri debeat materia parvitas. I. Paucialibus diebus ecc. n. 6. loco parvitas materiae habet laborem tertiar parvis diebus; dummodo fo-

la horæ computentur quibus operarii laborare solent: puta, si duodecim diei horas operarii laborant, die festo quatuor horas laborare poterunt; quia, inquit Auctor iste, licet cum aliqua trepidatione, quatuor horæ respectu duodecim horarum censende sunt tempus breve, & modicum. Hanc opinionem recentium *diff. 1. cap. 11. §. 2. num. 7.* inter sententias quæ vix dectis, & piis nimium laxæ videntur. Mihi autem non laxa modo, sed laxissima est, & tamquam omnino improbabili abicienda. Tertia sequens pars cuiusque rei, non levis, sed gravis portio est, in communi omnium estimatione. At in re manifesta non est diutius immorandum. Diana *1. Part. tract. xv. & alibi spatium duarum horarum parvam materiam statuit*; excusatque a peccato mortali laborantes integris duabus horis. Huic opinioni subscribit Leander *tract. 1. disp. vi. quæst. vi.* cum alii Casuistis. Hanc etiam opinionem, ut nimis laxam, graviores Theologi habent, teste Castropala *tract. 1. disp. unic. punct. 3. num. 4.* Alii horam unicam integram esse materiam grævem admittunt; & hanc opinionem nimis rigidam appellat Suarez *T. I. de Rehg. Lib. II. cap. xxxi. num. 2.* Quare concludit, arbitrio prudentem hanc difficultatem relinquendam esse, ut, consideratis & personarum, & laborum qualitatibus, decernat quod magis consentaneum iudicaverint. Salmanticenses *tract. xxxi. de 3. Decal. præcept. cap. 1. punct. 14. §. 11. num. 322.* hoc Suarezii consilium improbant, & quod laxitatis viam aperiat, & quod difficultatis evasio, non relaxatio sit. Næ difficultas isthæc Suarii ingenio superior! Mihi sane non displicet Suarii consilium; sed potius admittit facilitatem qua non pauci absque ullo fundamento, quæ eventuum varietate mutantur, viri prudentes id iudicium decreverunt suspendere. Dubia autem res est, quodnam sit spatium temporis leve, vel magnum respectu violationis festorum. Certo enim dimittatur aliter possumus, dari materiam levem, a puta unam vel alteram horam quadrantem. An postea spatium infra duas horas, aut hora cum dimidio sit nec ne materia gravis inducens culpam letalem, fateor me nolle absolute decernere; sed cum Suario dico, id ex circumstantiis colligendum esse. Clarus aperiam mentem meam. Si Christianus, nulla proflua causa rationali, sed sola aviditate lucrandi, & augendi patrimonium, per integram horam in sua

officina in servili opere desudaret; si infu- per illum ex lux conscientie manifestatione agnosceret rerum terrenarum amore captum, divino cultui parum additum, patrimonii augendi impotenti cupiditate ardentem; cum ego de præterito labore abolverem, tamquam de culpa soli Deo comperita, si inter cetera admitteret se impositum cessaturum ab opere servili tempore sacro; ligarem vero, si persisteret vellet in prava consuetudine dicti laboris. Secus me habere cum altero qui ob aliquam, licet non adeo gravem, causam etiam supra horam laboraret. Igitur, ut ego sentio, melius ex persone facta, ex illius conscientie ratione, & ex consuetudine, & aliisque circumstantiis, quam ex uno vel altero plus minuste quadrante resolverem esse mortalem culpam, aut venialem. Labor tamen servilis per duas integras horas absolute, & quocumque circumstantiis respectu præcio, materia gravis est ac peccatum mortale; ut communior sententia docet. Prudentem ergo arbitrio relinquimus iudicandum de temporis spatio infra duas horas. Sic enim laxitatis via occluditur, & benignæ interpretationi aditus aperitur. Quare, ut improbabile, reiciimus hanc opinionem Tamburini *Lib. IV. in Decalog. cap. 111. §. 2. num. 2.* Notat *hic Sanchez Lib. 1. in Decalog. cap. iv. §. 1. num. 12.* Bonacina mox citandus *num. 5.* non esse mortale singulis festis per duas operari horas; quamvis animo fixum id, nec, id toto anno efficere velit, & de facto efficias. Ratio est, quia unus dies festus non adnectitur cum alio ad huius materia gravitatem estimandam. Sanchez nec verbum habet de duabus horis. Ceterum firmum illud propositum laborandi per totum integrum annum singulis festis duabus horis quæ, præter Tamburinum, simileque Theologos, a gravi culpa purgare austeri.

III. Quæst. II. An dominus qui præcipit ut plures sit famuli per integram diem servillet laborent, id hæcnam precipiendum, sed singulis solum modico tempore, peccet mortaliter? Resp. Quod humana malitia plures excogitaverit ratunculas, quibus eludere leges posset, superere minime debemus; sed mirari subit, Theologos nova in dies degmata excogitare, ut quæ homines carnalis suis explendis appetitionibus peragunt, loca constituent. Prædictum, siquidem dominum talia suis famulis precipientem non peccare mortaliter, docent Leander *tract. 1. disp. vi. quæst. x.* Trullenchus *Lib. III.*

in Decal. *cap. 1. deb. 10.* Salmanticenses *tract. in Decal. cap. 1. punct. 14. §. 1. num. 324.* Tamburinus *Lib. IV. in Decal. cap. 111. §. 2. num. 2.* his verbis. "Non ab illius modo ad- vertit Bonacina. . . dominum, iniun- gentem laborum duarum horarum viginti v. et famulis simul, non peccaturum mortaliter: quia unius opus æquivalens unitur cum opere alterius. Ademque erit, ex Portella, si singulis successively per modicum inter se horis, toto die facti laborant; etiam horam in eodem die laborant, et tunc dies occupatur, quia pari modo unius opus cum alio non connectitur. Duo sic laxitatem sapient. In primis spatium duarum horarum iuxta communiorum opinionem materia gravis est. Quapropter famuli ipsi peccarent mortaliter. Ad dominum precipientem quod attinet, omnino improbabili isthæc mihi videtur opinio ad illudmodum legibus adinventæ. Ratiuncule quibus nititur, varas sunt. Licet enim physica unione careant opera, respectu tamen præcipiente naturali unione connectantur. Siquidem dominus precipiens unicuique commodum, unicuique lucrum intendit acquirere; & ubi sunt multa propter unum, Philopolo etiam iustragante, ibi etiam tantum.

IV. Ut itaque istius opinionis falsitas evidenter pateat, a metaphysicis subtilitatibus præciendam oportet: etenim in morum difficultatibus resolvendis, morali, ut sic dicamus, modo differendum est. Et primum, labor famulorum simulaneus esse potest, aut successivus: nempe viginti famuli una hora simul laborare possunt, aut singulis successively una hora. P. Claudius La-Croix de more pro atrocitate casu patronos asserti *Lib. III. tract. 111. cap. 1. num. 580.* In labore simulaneo & ipse docet, seculo Scaudalo, locum esse culpam venialem. In labore successivo, inquit, Bonacina, Castropala, Oviedo, Trullenchus, Diana, Pasqualigus, Tamburinus, Illiung, alique communis adhuc excusant mandatum a mortali. Oppositum tamen huic lævitate ille defendit. Communior hæc Casuistarum opinio horrorem piis Christianorum auribus ingerit. Præfatus igitur dominus, præcipiens viginti famulis laborem duarum horarum, videtur gravem iniuriam temporis sacro. Quid, quod, in morali consideratione intercedit quod proprius, vel aliena manu operetur? Si propriis manibus totum opus illorum famulorum efficiatur, peccatur; ad saltem laboris peccatum subiret. Quod vero per famulos o-

peretur, id etiam commodi habet, ut, dum ipse otio distat, servorum sudoribus lucrum assequatur. D. Augustinus *serm. xiv. de Sanctis* assertit, Saulum eorum omnium manibus divitem Stephanum lapidatæ, quorum velintem custodiae, ut expeditus Proformartyrem lapidibus obruerent. An negare quis ausus fuerit, prioris ratione horum huic servilleti integro die festo laborare, cuius iussu tot famuli, diviliter inter se horis, toto die facti laborant? Paulus non iussit lapidationem Stephanum, sed tantum vestis servavit; & ob hanc vestem custodiam Augustinus testatur, illum cooperatum fuisse martyrie Stephani. Quid ergo diceret Augustinus de hero nostro, in-bente laborare famulis suis integro die festo, cum sola successiva perlonarum quor horis substituitur?

V. Respondent Salmanticenses loco citato, ideo Saulum graviter peccasse, quia, ut dicitur Act. vii. Saulus erat conscientius nec enim. Conscius ergo, & conspurcator, in- quirit, in mortem Stephanum fuit Sauli con- catum. Admuntque ex Gregorio, & Syveira ipsum invidia adversus Stephanum exar- disse. Sed ut, quare iniquus sit responsum hæc, ostendam, verba Augustini isthæc transcribenda sunt. Nam, & quando lapidatus est Stephanus primus Martyr pro nomine Christi; evidentius aderat & Saulus; & sic dicitur lapidatus, ut non ei sufficeret, vitium suis manibus lapidare. Ut enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta servabat, magis sapiens omnes adjuvando, quam suis manibus lapidando. Serm. xiv. de Sanct. edit. Lov. Isthic Augustinus huius examen inducit peccatum quod Saulus perpetravit custodiendo vestimenta lapidantium; & decernit, ipsum omnium lapidantium manibus peccasse, quod omnium vestimenta servaverit. Quod autem etiam invidie livore, aliique pravis affectibus adversus Stephanum percitus esset, non impedit quominus eius cooperatio in mortem Stephanum peccatum fuerit. Debent enim ostendere ex Augustino, Saulum non fuisse co- operatum morti Stephani, neque peccato lapidantium, dum eorumque vestimenta custodivit. At oppositum apertissime docet Augustinus tum verbis recitatis, tum verbis quæ idem Salmanticenses opponunt ex *Serm. 1. de Sanct. Ab ipso omnium lapidantium vestimenta servabantur, ut tamquam in manibus omnium ipse lapidare videretur.* Cum ergo heras nosse non solum impedimenta ad laborem non removeat a

servis, sed reipſa ſuo imperio cogat eos diem ſeſum proſanare; eviderent conſtat illum reum eſſe totius operis quod peragunt famuli.

VI. At, inquit iterum Salmantienſes, aliſque, ſervi non peccant mortaliter; ergo nec herus præcipiens. Supponitur enim, ſingulis ſervis brevi tantum tempore laborare. An non poterit herus præcipere quod ſervi licite agere valent? In primis, ſi iuxta Leandrum, & Tamburinum ſervi duabus integris horis laborarent, nec ipſi Salmantienſes eos a culpa gravi eximerent. Deinde, etiamſi per integram ſolam horam laborent, ſi mortaliter, venialiter tamen iuxta omnes, iuſta cauſa ſublata, peccabunt. Porro nec peccatum veniale licite eſt. Conſtat ergo nec famulos licite operari. At, peccato famulorum omiſſo, dicimus, herum, præcipientem laborem præſatis famulis, ſive ſimili, ſive ſucceſſive acceptis, peccare mortaliter. Spao enim mandato iubet ſervilis opera omnium famulorum, quæ, licet diſtincta accepta reſpectu ſervorum ſiſtant intra limites materie levis, ſimul tamen ſumpta, ut ſtant ſub unica illa domini iuſſione, gravem, quin graviffimam, materiam conſtituunt, & conſequenter culpam letalem. Et revera, ſi idem herus eodem die pluribus vicibus, licet ſingulis modico tempore, ſerviliter operaretur, fatentibus advertariis, peccaret certe mortaliter. At in hoc cauſa, inquit, eſſet eadem perſona, & eadem dies: cum autem famuli plures laborant, dividuntur perſona; & ideo, licet opera utantur ratione omnis diei, interrumpuntur tamen ob multitudinem perſonarum. Mihi hæc ſane negat ſane illa. Interrumpuntur utique phyſice, & reſpectu ſervorum; at, ut cadunt ſub unico domini imperio, moraliter ununtur: quia qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. Quod eviderent ita confirmari poteſt. Si herus ille iubere famulis ſuis a pluribus temporibus parva furari, qua ſimul accepta gravem efficierent materiam; dubio procul graviter peccaret, non modo in genere furii, verum etiam in genere ſacrilegii. Cur ergo non peccabit, dum iidem famuli præcipiunt ſingulis modicam temporis Deo conſecrati partem, operis ſervilis labor proſanent? Sicut enim domus per ſpiritualium conſecrationem divino cultui deputatur, & templa, ſeu Eccleſiæ vocantur; ſic temporis aliquod ſpatium per ſervorum inſtitutionem Deo conſecratur. Reponunt Salmantienſes, idcirco peccatum

letaliter dominum præcipientem modica furta, quod inferat grave damnum legitimo poſſeſſori. Et in reſponſionis confirmationem afferunt propoſitionem ab Innocentio XI. damnatam, quæ hæc eſt: *Non tenetur quis ſub pena peccati mortaliter reſiſtere quod ablatum eſt per pauca furta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis.* Hæc propoſitio, non de diverſis, ſed de eodem ſure loquitur. Quare non eſt omnino ad rem. In rem noſtram potius conſert altera propoſitio etiamdem Innocentii XI. *Qui alicui movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tercio, non tenetur ad reſtitutionem iſtius damni illati.* Peccat itaque qui inducit ad inferendum grave damnum alteri, ſive per unum, ſive per plures ſervos id præſtat, atque herus noſter inferat gravem iniuriam temporis ſacro, dum iubet famulis pluribus integram diem, ſingulis horis ſibi ſuccedentibus, opus ſervile contumare. Proſanat ergo graviter tempus facrum; quemadmodum per ſures famulos profanatur ſacrum locum. Et, ſicut, iubenſe furto, damnum domino, & Reipublicæ civili inferit; ita precipiendo præſtatque laborem, offenſam Deo irrogat, & Reipublicæ chriſtianiæ, eo quod tempus furripit, Deo, & Chriſtianorum ſpirituali profectui conſecratum. Diſtinctione autem de partitione operum ſervilium, quæ in qualibet perſona terminantur, & paritas ieiunii, & obligatio perſonalis, aliæque ſimilia inventa, ſtrigidas & nimium abſtractas redolent ſubtilitates, a morum chriſtiana Theologia proſus exterminandas. Quare ſane adverſariam opinionem inter propoſitiones qua viris piis, & gravibus laxæ videntur, *de generatione* I. cap. II. merito reſponſionis; & nunquam tamquam nobis improbabilem, ſidenter reſpicimus. Eam quoque reſciunt Sinichius in ſuo *Saule Exerege Lib. I. cap. xvii. Gonet Tom. III. diſſert. de opin. prob. art. 3. num. 112.*

VII. Quæſt. III. *Quæ neceſſitas excuſat laborantes die feſto a transgreſſione præcepti?* Reſp. Neceſſitatem quandoque exulare ab obſervatione diei feſti, ut certum, omnes ſolent. In eo vertitur difficultas; quænam neceſſitas laſis fit ad exigendum ab eulmodi præcepto obſervantia. Triplicem neceſſitatem diſtingit Angelicus Doctor 2. 2. quæſt. cxxxiii. art. 4. ad 3. inquit; *Quilibet autem, tam ſervus, quam liber, tenetur in neceſſariis providere non tantum ſibi, ſed etiam proximis: præcipue quidem in hiſ que ad ſalutem corporis pertinent, ſecundum illud*

illud Proverb. xxiv. Erue eos qui ducuntur ad mortem; ſecundario autem accipit homo in ſabbato, ut non ſolvatur lex Moſi; & mihi indignamini, quæ totum hominem ſalvum fecit in ſabbato? Quare exculantur chirurgi veras incidentes, pharmacopole medicamina parantes; & ique omnes qui infirmis curandis auxilium, & opeperunt.

IX. Quæſt. IV. *An tenſio barbe licita ſit feſtis diebus?* Reſp. Inter ea que ad corporis ſalutem vel decencia, vel neceſſaria ſunt, reſcervetur licitum barbe. Hinc Caſtleſe non pauci absolute tentione eſſe adfirmant barbam tondere feſtis diebus; & pro unica ratione conſuetudinem legitime inſectam obtrudunt. Sed communis Theologorum ſententia oppoſitum docet: quod probatur auctoritate Ioannis XXII. Pontificis Maximi ſcribitur in litteris ad Philippum V. Galliarum Regem datis anno 1315. & ab Odone Raynaldo relatis ad eundem annum num. 4. absolute tondendi barbam inhihit hiſ verbis. *Illud ſane inſolente in illis partibus dicitur, ut videlicet paſſim in quardam divinum irreverentiam exerceant iudicia die dominico, & radendis ac tondendis barbis, atque capillis intendatur, re diſſimulare non deet; cum dies illa divino cultui ſpecialiter dedicata talibus proſanari non debeat.* Idem confirmat Synodus Andegavenſis celebrata anno 1282. *Cum diebus feſtibus, ab reverentiam Dei, & Sanctorum introductis, præcipue diebus dominicis, honori maieſtatis altiffime conſecratis, a Chriſtiſſimellus ſit ab omni opere ſervili abſtinentum, ac eſſendum, & dicimus cultibus regere inſtandum; omnibus, & ſingulis Reſcribimus, & Capellanus in virtute obedientie præcipimus, & mandamus, quod ipſi parochiani ſuis inhihent ſub obſervatione divini iudicii, & pana excommunicationis, ne ipſi diebus dominicis barbas radant, vel alias barbitorum officium exerceant. Quid quod barbitorum Romani in libro pro iſtus anni regimine typis edito quem ego legi, ſed nunc non teneo, inter ceteras regulas unam habent, ne diebus feſtis artem exerceant. Ex quibus collige, artem radendi barbam, mechanicam eſſe, & ſervilem; atque absolute die feſto re poſunt in quibus licitum ſit eundem exercitum; ut cum agricolæ, paſtores, iteragenes proſectis diebus nequeant ſine gravi incommodo adire barbitorum, illos radere feſtis diebus licitum arbitramur. Parvitas quoque materie exculat barbitorum, unam vel alteram tondentem barbam. Ad num.*

Illud

Illud

Illud

quid peccati mortalis damnabilis illos barbitonifores, qui, nisi fests diebus clientibus suis barbam radant, & ipsos amittunt, & in cri iacturam faciunt? Absoluta responsio vix dari potest; sed ex multis circumstantiis, quid facendum sit, pendet. Qui ob solam lucri aviditatem his diebus artem exercent, dammandi sunt. Qui alenda familie necessitate cogente laborant, tolerandi, & admonendi, ut maiora quo possint caute la ad faciant, ut mifiam audiant, Vespertis, & divinis laudibus, quoad fieri potest, interfint. Verum maioris culpa sapius rei sunt ipsi homines tendendi, qui, nulla necessitate coacti, sed ob solam vanitatem, ut se magis conspicuos, & ornatos prodant le memioribus diebus, tempore dumtaxat sacro barbitonifores aduent, & profests diebus perpetuo diffusunt otio, vel ludis, rebusque ineptis vacant. Ipsi fane excusari non queunt, neque sunt; tum quod ipsi peccant, tum quod alii peccandi occasionem prebeant, prævique abutunt, & scandalum foveant. Severior ratio cum factoribus, & factoribus habenda est. Nisi enim vera urgeat necessitas, excusandi non sunt. Rarius autem in hac quam in barbitoniforia arte necessitas occurrit.

X. Quæst. V. An famuli qui coguntur a dominis suis die festo laborare, a culpa excusentur, si obediant, ne grave damnum incurrent? Resp. Id in primis certum est, non posse excusari, si in contemptum dei festi cogentur, a dominis servituti operari. Quin in hoc casu etiam cum vite dispendio, debent & operibus abstinere: quoniam bonum fidei, & religionis prære debet cogere temporariæ vite damno. Si vero domini cogent eos laborare ob solam lucrum & commodum; ne grave damnum habeant, laborare licite quoadque possunt. Tertia siquidem necessitas, que secundum D. Thomam excusat laborantes, est ratio evitandi imminens damnum rei exterioris. Opera itaque servilia que ad grave damnum vitandum, five proprium, five alienum necessaria sunt, licite festis diebus fieri valent. Illud solum recognoscendum est, ne malum quod imminens dicitur, fictum sit, & imaginarium. Servi tamen qui absque iusta causa sapius a dominis compelluntur laborare servituti festis diebus, debent tales dominos deserere, non deserantur a Domino Deo, quo protegentur, alios inveniant. Quapropter illud malum dumtaxat a labore servili ratiorem remover, quod evitari non potest nisi gravi incommodo.

Hac ratione excusantur decolantes ferrum coqueates vitrum, saponem, calcem, tegulas, ollas, & similia, si eiusmodi opera iam inclinata festis diebus continent: quia ex intertatione grave & inevitabile damnum sequeretur. Non tamen excusantur qui præfata opera inchoant festis diebus, maxime coctionem calcis, laterum & ollarum. Verum hac omnia ex prudentum arbitrio frequenter pendunt.

XI. Quæst. VI. An occasio comparandi magnum lucrum excuset ab observatione diei festi? Resp. Adfirmant non pauci recentiores: quia amilso magni lucri grave damnum reputatur; ad quod vitandum licitus est labor servilis. Quod confirmant auctoritate Alexandri III. Pontificis summi, qui super pifcatione alecium dispensavit, ut supra dictum est, exceptis tantum solemnioribus festis. Pro hac opinione citatur Galeotus, sed immerito: nam Galeotus in Summa verbo *Festivum violatio*, loquitur de lucro quod in commune Reipublice bonum cedit. Præfatum opinionem defendunt Tamburinus, Diana, Sporer *tract. III. in 3. præcept. Decal. cap. IV. sect. 4. §. 1. num. 15.* quam tamen nos, ut improbabilem, relictimus. Atque, ut congruam exhibeamus responfionem, duplex lucrum, seu commodum distinguimus, privatum, & publicum. Ob lucrum, commodum, & utilitatem Reipublice licitum est festo die laborare; idque omnes fatentur. Et ob hoc commune, & publicum bonum, atque utilitatem dispensant Pontifex summus pifcari die festo aleces, cum oneris tamen faciendū reperibus, atque munera offerendi vicinis Ecclesiis, ut alias dictum est, ex cap. *llo. lites de fer.* Unde hanc pro nostra sententia elicimus rationem. Pontifex privilegium pifcandi aleces ob publicam utilitatem impertitur minime est absoluta, sed cum his oneribus elemofynarum. Et ad has elemofynas tenentur omnes, quicumque præfatos, vel similes pifces, qui non nisi iusto tempore capi possunt, pifcari festis diebus volunt. Neque hoc dumtaxat consilii Pontifex, ut contentid Sylvester, sed ut debitam imponit conditionem. Porro, si dispensatio ne opus fuit, ut talis pifcatio, ob publicam utilitatem facta, licita esset; & non nisi cum conditioe & quere elemofynarum concessa fuit: quo fundamento heine inferre uti licitum esse abique ulla dispensatione servitium laborem sacro tempore ob solam lucrum utilitatem? Nec alicuius momenti est argutio illa que ex liciti factura grave infle-

inferunt damnum. Est enim purus, putusque paralogismus. Nam lucrum, de quo est sermo, non est debitum; neque ad illud adsequendum ius aliquod habet homo operarius. Solum amilso illius lucri, & eorum honorum loco damni proprie habetur, in quo ius, & dominium, qui amilso, habet.

Qui vero amittit lucrum contingens, in quod nullum habet ius, sed solam appetitum, & facultatem omnibus communem ad illud comparandum; minus proprie damnum pati censetur. Et, si ob hoc damnum vitandum licitus esset festis diebus servilis labor, actum esset de feriatis diebus. Nam omnes, ex quo non lucrarentur, se magnum pati damnum obtruderent. Nec voces illa magni, & extraordinarii lucri quidpiam aliud emittunt, nisi aures imperitorum implere, vacuque mentibus errantem occasionem aperire, & antiam præbere quodlibet lucrum extraordinarium sibi comparandi. Abiudicat autem a vero quoque pifcandi P. Sporer loco citato, existimandum scilicet hanc esse, Ecclesiam piam matrem vellet obligare fideles suos ad rem sane difficillimam, qualis esset absentia servitium operum, que lucrum multorum aureorum, alias non ita facile obtinuit, amittere cogit; idque maxime fatendum, quando lucrum alias ab aliis caperetur, v. g. in locis divertiatur religionum. Hoc commento frequenter utitur Auctor iste, ut alias observavimus, quo tum Dei, tum Ecclesie intentionem dimicari contendit pro suo arbitrio. Nec alio pifcant eiusmodi interpretamenta, quoniam ex ut loqui hanc ad commodum cupiditati. Existimandum est, Ecclesiam vellet fideles suos obligare ad colendum Deum iuxta Evangelium Christi quoad: *Quarta primum regnum Dei, & hac omnia adiectione vobis.* Difficilis ne res est amilso lucri plurium aureorum? An non difficilis, nos aurum & argentum possidere, tamquam non possidentes; animique & affectum ab iisdem leinunctum continenter servare? Et tamen hac omnia Christus præcipit, ut difficiolora nunc prætereant, abbi relaturus, occasione profugandi similia inventa. Sola itaque necessitas, vitam, & familiam alendi, non cupiditas lucrandi, ab onere feriandi excusat. Sententiam nostram omnes antiqui Theologi docent. Sufficit unum pro omnibus laudare D. Thomam, qui conceptis verbis docet, causam acquirendi lucrum non excusare a leinuncto; & consequenter multo minus a sanctificatione diei festi: *Ex quo patet quod intentio*

maioris lucri non necessarii eos a peccato non excusat, si leinunctum frangant: in IV. dist. xv. quæst. II. art. 4. ad 3. Eadem docent Gabriel, Antonius, Durandus, omnesque graves, & pii Theologi.

XIII. Quæst. VII. An agitare licita feriatis diebus tantus moliflorum moribus expofitos, ut invicem coribus, & dentibus bellum peragant? Resp. Sunt qui id absolute licere afferunt, maxime ob publicam Reipublice laetitiam; quemadmodum ob hanc universalem causam afferunt licitum esse artificibus theatra, tabulata, arcus triumphales, vestes, & similia arte facta contruere, vel ob insignem partem victoriam, vel ob ortum, aut adventum Principis. Quid ex Principum imperio licitum sit, mea nunc non interest curiosius inquirere. Seto ob publicam utilitatem, commodum, & necessitate licitum esse festis diebus servituti laborare. Ceterum nego propofitam taurorum acitatorum diebus festis culpe expertem esse. Est actio iuste natura servilis; nullaque adeit iusta causa ipsam excusans: quin in ipsi profests diebus licita vix est præfata agitatio. Nec est quod contrarium obtrudas confuetudinem: quoniam non confuetudo, que rationabilis sit, sed abusus, & corruptela appellari merito debet. Siquidem hac ludicia bella, que Ethnicorum sapient mores, & crudelitatem, populum commovent, a cultu divino avocant, atque ad insipientiam mundi oblectamenta provocant. Quare non ob id solum quod servilia exercita sunt, festis diebus advertantur; sed etiam ob scandala, que inde proliunt, prohibita alitissimum.

XIII. Quæst. III. Quomodo pietas, religio, & dispensatio sint iusta cause, que laborem servilem feriatis diebus licitum constituunt? Resp. De pietate, & religione iam dictum sufficienter est supra cap. VI. Nec enim res adeo difficilis est, ut fulsorem requirat sermonem. Nam opera que ex suo genere pia sunt erga proximum, ut lepeliere mortuos, induere nudos, curare infirmos, plaurum est sepius vi caritatis debita esse, nedum licita. Quare vero per se pia non sunt, sed sapite necessaria, velia, loimque ex operantis intentione in opus pium diriguntur, nisi necessitas urgeat, minime licita sunt. De religione satis loco laudato explicatum est, quomodo excuset ab observatione festorum. Ultima ergo causa que laborantes servituti festis diebus excusat a culpa, est dispensatio. Hæc est iuris alicuius relaxatio, ab habente legitimam potestatem facta.

facta. De istius valore, & consuetudinibus suo loco fusius. In præsentia solum dicimus, potestatem dispensandi ab observatione festorum residere primum in summo Pontifice qui Pastor est supremus univerſe Ecclesie. Secundo hac potestate potiuntur Episcopi, qui non solum dispensare valent in festis, & sua Synodo præscriptis, sed etiam in festis que pro univerſa Ecclesia præcipiuntur, maxime in eventibus repentinis, qui frequenter occurrunt. Siquidem fidelibus omnibus facilis non est ad summum Pontificem accessus. Residet denique potestas isthæ in Parocho, & Curato, seu loci Pastore. Hic tamen in eventibus dumtaxat extraordinariis, & pro aliquo casu particulari, & ad tempus dispensare valet.

XIV. Præter omnes assignatas causas, que servilia opera de crimine purgant feriatis diebus exercita, alia est que non tam excusat a legis observatione, quam legem ipsam abrogat; & consuetudo nuncupatur. De qua id solum nunc dicimus, quod ut a culpa exenter, & legem tollat, plures requirit conditiones, de quibus suo proprio lo-

co differetur. Sub consuetudinis larva plures abusus, & corruptelæ occultantur. Quod communiter a multitudine peragitur, quamquam abusus manifestus sit, consuetudinis suæ obducitur. Parochorum, & Confessariorum est populum edocere abusus a consuetudine diversos, & contra. Eorum est pro viribus consuetudines, legum robur intrinsecas, coardare, & limitare. Eorum denique est explicare populo criminis gravitatem in violatione festorum; & mala etiam temporalia que ex transgressione tanti præcepti obveniunt solent transgressoribus. Divina ultionis supplicia, festorum violatoribus sæpius inflata, refert Concilium Parisiense VI. anni 89. can. 50. *Multi nostrorum visu, multi etiam quorundam reatu dicitimus, quosdam etiam artium attractione multatos, quosdam etiam visibili igne, corporibus obsibusque simul sub momento absumptis, in cinerem subito resolutos, poenalter occubuisse. Et multa alia terribilia iudicia extiterunt, & hæcenus existunt, quibus declaratur, quod Deus in tanti diei deboneratione offendatur.*



DISSERTATIO III.

DE PRÆCEPTO AUDIENDI MISSAM
DIEBUS FESTIS.

CAPUT I.

Natura, & obligatio istius præcepti explicatur; & quas personas comprehendat.

I. Præceptum sanctificandi festa negans est, & adfirmans; ut alias fuit dictum. Prout negativum est, prohibet opera servilia, de quibus superiore disertatione: prout affirmativum, præcipit cultum divinum. Quare divino iure Deo cultum festis potissimum diebus offerre debemus. Cultum hunc Ecclesia suo præcepto iubet exhiberi præcipue Missæ auditione. Siquidem extra controversam est, dari in Ecclesia præceptum audiendi Missam. Perdoctus Suarez Tom. III. in III. part. dist. lxxxviii. sec. 1. docet, de fide tenendum esse in Ecclesia præceptum impositum fidelibus audiendi Missam: idque evincere multis decretis contendit, ex iure canonico petitis, ex communi Doctorum consensu, & ex usu, ac consuetudine ecclesiastica. Verum id solum de fide tenendum est, quod in Scripturis, aut traditione revelatum Ecclesia proponit credendum. Nullibi autem revelatum est, ab Ecclesia hoc præceptum emanasse. Præceptum enim absolute ecclesiasticum est, ut fatetur & ipse Suarez, quamvis iuri & naturali, & divino quam maxime consentaneum.

II. Obligatio istius præcepti genere suo gravis est: quia materia ipsa gravis est, & summi momenti. Quapropter fideles, qui libere Missam omittunt audire festis diebus, peccant mortaliter, etiam sublato scandalo, & contemptu. Hocque certum est penes omnes. Obstringuntur quoque fideles audire Missam, non solum diebus dominicis, sed omnibus festis ex præcepto præscriptis. Et quamvis in cap. Missas de consecr. dist. 1. solius diei dominicæ mentio fiat, non ob id tamen excluduntur alia festa; sed diei dominicæ expressa mentio fit: quia hæc successit sabbato, & inter omnia festa eminent. Ceteris autem diebus, qui sacri ex præcepto non sunt, mentio fidelium audire Missam tenetur, nec in triduo rogationum, nec in feriis Quadragesimæ, nec in triduo hebdomadæ sanctæ,

etiãsi feria sexta in Parasceve, aut sabbato recurreret festum Annuntiationis B. Mariæ Virginis. Secus vero dicendum, si feria quinta celebrari præfatum festum contingeret: tunc enim adesset obligatio audiendi Sacram, & observandi festum. Quarere hic nonnulli solent, num ab hac obligatione Pontifex summus dispensare valeat. Quare sane quæsitio inutitilis est: siquidem quandomam occurrit iusta ratio dispensandi ab hoc onere? Inanis quoque ex alio capite hæc est: nam per se constat, posse Pontificem ab omni lege ecclesiastica, prout ecclesiastica est, solvere fideles.

III. Præceptum istud comprehendit omnes fideles utri rationis præditos; excludit vero omnes amentes, parvos, ebrios, & catechumenos: quoniam nec amentes, nec parvuli, nec ebrii capaces sunt assistendi Missæ præsentia humana. Pueri vero completo septennio, quamquam mysterium non assequuntur, sinque adhuc nimium rudes, nihilominus præcepto hoc ligantur. Insuper qui simul cæcus, surdus, & mutus esset a nativitate, absolute loquendo teneretur audire Missam? potiori autem iure obstringeretur qui talis non foret a nativitate, vel qui tantum cæcus, aut surdus esset. Possunt enim hi omnes modo quodam humano assistere; quidquid dicat cum suo Gobat La-Croix Lib. III. part. 1. num. 616. Catechumeni non tenentur, eo quod legibus Ecclesie subiecti non sint: quare nec ad partem Missæ ante offertorium tenentur. Hac eadem ratione excluduntur infideles omnes. Solum ergo fideles omnes post rationis usum adstringuntur Missam audire, non modo secularibus, verum etiam Religiosis, Sacerdotibus, & Episcopis. Quin illi potiori iure obstricti sunt, inquit Sanctus Augustinus II. Part. tit. ix. cap. x. §. 1. *Si enim tenentur ad hoc laici; multo magis Clerici, & Religiosi, qui ad nativitate tenentur, & qui totaliter sunt divi-*